

a rare and curious work
very interesting at this time -


Biblioteca  Valenciana


De prima Orbis Sede, de C



31000002212622

XVI/27C





S.XVI
270

68

DE SACRO


S:XVII
230

sancto Eucharistie sacramento, & de eiusdem mini-
stro/noua admodum & facillima quotlibeta
Per Cyprianum Beneti Aragoneñ. Or.
Pred. Professorem, & sacre Theo-
logie Doctorem Parisieñ.
nuperrime edita.

Lx libri S. M. Cypriani tractat. De sacro

Qui cupit archanos celi transcendere sensus;
Qui cupit & ueri noscere sacra dei;
Qui cupit & proprio Christi iam lumine corpus
Cernere, qui claram querit habere fidem;
Hoc opus accipiat: docto correctus ab ore est
(Aurea nam pandit uerba legenda) liber;
Hoc poterit uastos aliorum frangere casus.
Hoc dabit in placidum uela secunda mare;
Nec poterit dubiam falso peruertere mentem.
Inuida sed sphygnis soluere dicta sciet;
Ergo age quid cessas? Cypriani sume libellum;
Si cupis elysias lector adire domos.

François de Lardij



AD SANCTIS

simum in Christo Patrem & dominum nostrum dominum
Iulium diuina prouidentia Papam. II. ac totius mun-
di ducem actoris/de ineffabili sacramenti Eucha-
ristie ministerio/ac de diuinis eiudem lau-
dibus. Prefatio. . . .

T si sanctitatis tue magnificentissimum animum
arduis quidem & grauissimis rebus assidue appli-
catum cognoscimus/ In quibus admirabile non
uisam & inauditam (cū ecclesie exaltatione) glo-
riam consequitur & triumphum/eiusdemq; sacra-
menta & precipue Eucharistie (ut orthodoxoꝝ princeps & cō-
put) quin etiam pre ceteris adoret & ueneretur/preterit procul-
dubio neminem/ Quare ut ipsius sanctitatem & admirabilem
eclitudinem magis ac magis (ocio eum nauis fecerit) & con-
templari & inscrutari altius possit/de xpi uera& reali cōtinentia
sub illis speciebus panis & uini (quas uidemus) nō nisi tue san-
ctitati immediato Vicario & Locūtenenti hoc facile compen-
dium (sub eiusdem sanctitatis tue emenda) humiiter oblatum
ducimus/ At ut cuncti mortales.diuinam qui omnipotentiam
confidentur/apud deum (qui altius operatur nosterq; intellectus
comprehendere possit) istud minime esse impossibile/sed mul-
tum probabile/ingenue fateantur & credant. Cuius modus hic
compendiose& non ignauiter indagatur/atq; ineffabilia nobis
exhibita bñficia/super omnes nationes (deos sic propicios nusq;
habentes) nostrum quod assumpsit/totum in ara crucis in ho-
stiam unigenitus dei filius deo patri obtulit: te uerum beati Pe-
tri indubitatum successorem ut deum in terris adorandum/seip-
sum quoq; sub speciebus panis & uini/sumendum nobis fidelis-
bus dereliquit. Et sicut tua sanctitate (que omnem temporalem
& spiritualem exuperat facultatem in terris nihil est sublimius)
sic uito conuiuio (in quo non uitulog; & hircorum carnes sicut
olim in lege) sed nobis sumendus proponitur xps uerus deus/
nil suauius/nil preciosius/aut eminentius excogitari potest/in
quo mens repletur gratia/& cor hac suauissima & angelica dul-

A ii

cedine affatum/De cuius mīcēis sub sacra sc̄tō & Theologorum
mensa leuissimum cibum istum colligimus/ quem per deuotā
S.S. creaturam Reuereñ.in Chriſto.Pa.D. Alfonsum de Petru
ciis, tſ. sancti Theodorii Diac. Card. generoſiſſimum litterarū
ac uirtutum amatorem & decus/Ac per doctiſſimum & diſertif.
ſimum Doct. Reuereñ.D. Dñicuſ de Iacobaciis ſolertiſſimum
alme Vrbis tue & Gymnaſii Vicarium & rectorem/ cauſarumq;
apostolicarum integerrimum referendarium/ Iudicemq; & Au
ditorem Lucerij. egregium Preſulem / digestum maturius pri
us uolui/ qui tue. S. eximiam dignitatem & celsitudinem indeſi
nenter extollere haud ſinunt. noſtriq; erga illā intenſiſſimi zeli
& amoris opulentiſſimum perhibent testimoniuſ atq; ad eius
dem inclitos pedes/in ſpiritu prouoluti te regem regum & uni
cum Christianorū Principē adoramus/& ualeat. S. tua in ſem
piternum/totius orbis terrarum generale decus/& meum singu
lare preſidium.

QVOLIBETA MAGISTRI CY
PRIANI BENETI
FELICITER INCIPIVNT.

- E**t primo quomodo idem corpus numero possit esse in diversis locis sicut corpus Christi in diuersis altaribus illud natum de uirgine & conceptum de spiritu sancto. Primo.
- C**ontra Vtrum sint ille species seu accidentia sub quibus corpus Christi continetur & sanguis, quas uidemus. 2.
- C**ontra Vtrum corpus & sanguis sub panis & uini accidentibus & speciebus contineatur & eodem modo. 3.
- C**ontra Vtrum accidentia naturaliter possint esse sine subiecto. 4.
- C**ontra Vtrum deus suspendendo actum inesuum accidentium possit auferre habitudinem ad ipsum subiectum. 5.
- C**ontra Vtrum melius dicatur transubstantiari substantiam panis in corpus Christi quam ipsam cedere locum creatori & annihi lari. 6.
- C**ontra Queritur an facta consecratione maneat panis uel non. 7.
- C**ontra Queritur an aliquid quod fuit pars panis maneat aut nihil quod fuit pars panis. 8.
- C**ontra Vtrum talis conuersio cuiuslibet rei in aliam sine augmentatione rei in quam fit conuersio sit possibilis. 9.
- C**ontra Vtrum deus possit couertere substantiam solis in substantiam unius musce & totam machinam mundi in substantiam oui. 10.
- C**ontra Vtrum deus possit ponere qualibet substantiam sub specie alterius & sic posset ponere asinum sub specie hominis & par ratione mille asinos sub specie unius hominis. 11.
- C**ontra Queritur si sic. Vtrum semper habeamus dubitare de qualibet re & periret scientia rerum quia una res sub una specie esset alia. 12.
- C**ontra Queritur si talis conuersio sit possibilis an deus posset conuertere hominem in lapidem & econtra. 13.
- C**ontra Queritur an Ostia consecrata similiter & uinum consecratum habeat omnes operationes sicut ante consecrationem sci licet si sapiat si generat si corrumpatur. &c. 14.
- C**ontra Vtrum sit totus Christus in qualibet parte Ostie & totus sanguis eiusdem in qualibet parte seu gutta uini consecrati. 15.
- C**ontra Queritur si digeratur in ventre hominis & conuer-
- 26

- tatur in substantia aliti sicut esset panis non consecratus in quo
pancto digestionis desunt esse ibi corpus Christi aut sanguis.
17. **V**trum iste propositiones sint concedende de pane sit corpus Christi
sicut uidetur concedere ambrosius de consecratione dicitur c. panis.
 18. **V**trum iste propositiones sint concedende panis est deus per
consecrationem & panis est deus & quod fuit panis est natum
de uirgine.
 19. **V**trum iste discursus sit bonus. omne quod erit corpus Christi
est in celo hic panis demonstrando erit corpus Christi ergo hic
panis erit in celo.
 20. **V**trum oculus Christi existens in una hostia uideat se in alia.
 21. **V**trum existens sub specie panis possit se uidere sub specie ui-
ni & econtra. Et utrum possit mouere manu & uidere illam.
 22. **V**trum linea longitudinis corporis Christi a uerrice capitis
usq ad pedem sit recta aut curua.
 23. **V**trum figura corporis Christi sit ibi & si sit utrum dimensio-
nes eius scilicet latitudo & profunditas sint ibi.
 24. **V**trum linea illa corporis Christi sit inuoluta sicut una linea
girativa ad dimensiones hostie.
 25. **V**trum inter manum & lacertum sit unus cubitus uel aliqua
distantia seu distent manus a pede.
 26. **V**trum sit ibi localiter & circumscripsiue.
 27. **V**trum uideamus ibi corpus Christi cum nulla pars eius ap-
pareat uel tangatur seu manibus tractetur & palpetur & denti-
bus conteratur.
 28. **V**trum in confractione Ostie frangatur sibi manus uel tibia
seu aliqua pars corporis.
 29. **V**trum illa conuersio fiat in idem corpus Christi & in san-
guine eundem quemassumpsit de uirgine & peperit in cruce &
ascendit eo modo quo unitur uerbo diuino.
 30. **V**trum illud corpus quod fuit in utero uirginis quod fuit mi-
nus quam illud quod est in celo sit ita magnum in sacramento sicut in
celo est nunc.
 31. **V**trum tota substantia que modo est in celo fuerit in utero
 32. **V**trum corpus Christi fuisset durius & densius quam in utero uir-
ginis quam fuit triginta annos & substituit istud sacramentum.
 33. **V**trum Christus seipsum cibauerit & in ultima cena quam istud
sacramentum instituit ad cibandum se discipulis dederit.
 34. **V**trum dederit Aplis suu corpus non glorificatum sed passibile.

CVtrum quilibet sacerdos nobilius conficiat modo corpus Christi q̄ ipse Christus conficeret tunc. 35.

CVtrum illud corpus fuit in illa mandatione intra se & extra se simul & semel. 36.

CVtrum si quis Apostolog⁹ consecrasset sabbato quando corpus Christi iacebat in sepulchro an consecrasset illud quod est in sacramento quod nos consecramus. 37.

CVtrum sub speciebus illis fuisset corpus Christi uiuum uel mortuum & cum sanguine illo cum quo est modo. 38.

CVtrum si anima Christi dixisset hec uerba consecrationis s. hoc est corpus meum dixisset uerum uel falsum. 39.

CVtrum si post cenā fuissent consecrate mille ostie & preservatae in mille locis an feria sexta hora nona Christus fuisset crucifixus in mille locis. Vel tunc ista propositio esset uera Christus crucifigitur in mille locis & si sacerdos credens se habere possem ante se & haberet carnem uel caseum an consecraret. 40.

CQueritur an anima Christi si recessisset ab illis ostiis illa hora qua amisit Christus spiritum sustinuisset omnes & singulas passiones quas sustinuit & passus fuit in domo Pylati & in morte Calvarie contentū corpus Christi tunc realiter in dictis ostiis. 41.

CVtrum si anima Christi in illo triduo cū esset separata a corpore & sponte uenisset ad species alicuius illarum ostiarum tūc Christi corpus fuerit animatum uel non & mortuum & uiuum quia esset in sepulchro & in ostia. 42.

CCirca intentionem Sacerdotis & uerba consecrationis & cum responsionibus abbreviatis adiunctis eisdem.

CQueritur ulterius an requiratur actualis intentio sacerdotis Primo, uel sufficiat habitualis. Respondetur q̄ sufficit habitualis & nō requiritur de necessitate actualis intentio.

CVtrum sacerdos habens coram se decem ostias & non intendat consecrare nisi tres ex illis consecraret aliquā illāge ostiāge. R̄ndetur q̄ nō consecrat quia requiritur materia determinata. 2.

CVtrum sacerdos intendens consecrare unam hostiā quā credit & existimet habere quinq̄ partes & in una die cōsecrat unā partem in alia die aliam partem & sic consequenter in quinta die consecret totam ostiam. 3.

- C**Respondetur q̄ non consecrat aliquam partem nec totam nisi forte partes essent bene distincte.
4. **C**Utrū Sacerdos habens coram se unū panē intendens cōsecra re unā partem propinquorem sibi que dicatur prima pars proportionabilis & sic consequenter consecret iusfinitas partes.
 5. **C**Respondetur q̄ non quia oportet q̄ sit sensibilis pars illa.
 6. **C**Utrum existens aliquis sacerdos hereticus qui uellet consecrare de carne sicut legitur q̄ quidam uoluerunt consecrare de carne & de caseo & sit panis quem credit carnē esse an cōsecrat. Respondetur q̄ non.
 7. **C**Utrum intentione Sacerdotis requisita habeat quilibet fidelis dubitare an talis Sacerdos intenderit consecrare. Responde tur q̄ non dummodo uideat eum facientem que alii cōmuni ter faciunt sacerdotes.
 8. **C**Utrum requiratur solum intentio generalis. R̄ndetur q̄ sic.
 9. **C**Utrum Sacerdos non baptizatus credens firmiter esse baptizatum consecret. Responde tur q̄ sic ut pie creditur nō ipse tamē sed Christus supplens defectum ipsius Sacerdotis cuius uetus non alligatur sacramentis sed econtra.
 10. **C**Utrum istud pronomen hoc in uerbis cōsecrationis demonstrat corpus suum uel corpus Christi in celo. Responde tur q̄ de monstrat corpus Christi affuturum ibi post ultimatum instans prolationis uidelicet.
 11. **C**Utrum Sacerdos dicat illa uerba in persona Christi & significatiue respectu materie sibi presentate. Responde tur q̄ sic.
 12. **C**Utrum Christus protulerit illa uerba. R̄ndetur q̄ sic.
 13. **C**Queritur tandem an Sacerdos consecrans omnes panes in fenestra unius panetarii postea furetur illos utrum sit cēsendus fur & possit licite negare cum iuramento se non furatum fuisse panes. Responde q̄ cēsendus est fur & tenetur ad restitutionē equivalentem panes uero consecratos restituere non debet/ punitiū tamen uenit grauiter.
 14. **C**Postremo queritur quid debeat facere iudex uidens istud & habeiis probationes testium in oppositum debeat scdm uolum uel scdm allegata & probata ipsum ut reum condemnare. Hec responsio pertinet ad iuristas & presertim Sanctitati tue que est monarca omnium iurium & super illa.

ET AD QUESITA
PRINCIPALIA.

CR̄detur ad primum quod naturaliter est impossibile sed non supernaturaliter & miraculose immo est sic de facto & est idem corpus natum de uirgine & conceptum de spiritu sancto sicut in exemplo naturali aliqualiter uideri potest, scilicet de uno pulsu capane qui auditur amultis qui sunt in variis locis & est idem pulsus in omnibus & in pluribus speculis eadem ymago numero comperitur.

CAd secundū dicit q̄ ille species seu accidentia in ostia sunt albedo sapor longitud rotunditas quantitas in uino cōsecreto color humiditas sapor. & huismodi.

CAd tertium dicitur q̄ corpus est in ostia uirtute uerborum que nullam faciunt mentionem de sanguine sed sanguis est ibi per concomitantiā. Nam non datur corpus uiuū sine sanguine nec sanguis uiuus sine corpore sub utraq̄ specie utrumq̄ continetur sed nō eodem modo. Nam in uno continetur cōcomitantē in alio formaliter seu uirtute uerborū exprimentiū unum & non aliud & utrumq̄ in utroq̄ adoratur. Esse concomitāter est simul cum alio aliquid necessario esse. Siue aliquid sic anecti alteri uel dependere ab ipso ut non possit esse neq̄ inueniri sine illo. Formaliter uero in uerbis consecrationis in quibus consistit forma sacramenti expresse cōtineri & exprimi id qđ primo seu principaliter intenditur consecrari.

CAd quartum dicitur q̄ non naturaliter quoniam esse accidētis est in alio esse de sui natura / unde albedo per se subsistere nequit / & ideo nullus Philosophorū ex rationibus naturaliter seu humanitus inuentis cōcessisset accidētia posse esse sine subiecto sicut nec unam tē simplicissimam esse tres personas secundum q̄ catholica ueritas de sanctissima trinitate firmiter tenet & predicat. Quare btū Tho. pb̄at in prima parte .q.i.ar.i.preter philosophicas disciplinas lumine naturali inuentas ad attingendum fidei lumen aliquam supernaturalē scientiam (que Theologia dicit) pro salute fidclium inuenti necessere fuit. Et omnes philosophi mere naturaliter loquentes & ea que fidei sunt & diuinitus iip̄rata nō credentes stulti & inutiles facti sunt nec excusantur. Quia in oī lege aliquo modo post mūdi creationem uia salutis ostēsa ē sed declinauerūt ab ea & noluerūt itelligeūt ut bñ agerēt

nec sequitur est secundum mentem Arist. Ergo secundū philo-
sophiam/bene tamen sequitur est scdm philosophiam ergo nō
contra fidei chatolice ueritatem/ quia omnis scientia est uero re
& uerum uero minime contrariatur. Sed quia omne prius absolu-
lutum potest per diuinam potentiam separari a posteriori. Deus
potest igitur & separari accidentis a subiecto q̄ est posterius eo/
sive ipsa substātia & illud cōseruare sine ea/q̄ nō implicat cōtra
dictionē & posse fieri per deum non est dubium . Accidens uero
est q̄ abest & adeſt preter subiecti corruptionē ut homo pōt
esse homo absq; eo q̄ sit in ipso albedo uel nigredo & huiusmo-
di. Accidentia sacramenti que sint dictum est supra. Substantia
uero est res ipsis accidentibus subsistens prout in proposito.

C Ad quintum dicitur q̄ suspendit actū in eiusū ipso & accidēti
um/sicut & in camino ignis illis tribus pueris Sidrach Misach
& Abdenago caloris accidentalē effectū/ non tñ potest auferre
aptitudinem seu potentiam inherendi/sicut nec hominē facere
& non habere potentiam ad ridendū uel ipsum impeccabilem p
naturam'. Quia hoc implicat contradictionē prouenientem ex
parte rei infactibilis & non ex parte faciētis seu creatoris. Quod
si xp̄s existētibus illis speciebus & accidētibus desineret esse ibi
realiter adhuc illa ihererēt naturaliter alteri substātie adueniēti.
C Ad Sextum potest dici q̄ panis annihilatur capiendo istam
propositionem in bono sensu/ sic uidelicet intelligendo q̄ sub-
stantia panis fuit & modo nec ēst nec erit nec aliqua eius pars:
& quandoq; aliqui dicunt q̄ non annihilatur/ sed conuertitur
in corpus Christi uolunt hoc uerbo uti ad exprimendum con-
grue & explicite sacramenti miraculum: nec sufficit dicere q̄
panis annihilatur: quia sic nulla mentio fit de existentia corpo-
ris Christi de nouo in sacramento/ & cōuenientius exprimitur
miraculum tanti sacramenti sub uerbis istis: panis transubstan-
tiatur in corpus Christi/ & uinum in sanguinem Christi/quia ex
primitur miraculum tam ex parte termini a quo qui est panis
uel substantia panis/quam etiam termini ad quē qui est corpus
Christi: & sunt duo miracula/uinum est q̄ substantia panis desi-
nit esse accidentibus non corruptis. Aliud est q̄ corpus xp̄i inci-
pit ibi esse cum speciebus remanentibus/& isto modo doctores
sancti utuntur istis propositionibus/ Panis cōuertitur in corpus
Christi/panis transubstantiatur & transit in corpus Christi: &
nil aliud per has propositiones denotatur/nisiq; ibi fuit substan-

tia panis prius & postea desinit ibi esse uirtute diuina/sine actio
ne coactua creature/manentibus accidentibus siue speciebus cō
similibus terminis a quo in conuersione naturali seu generatio
ne est forma que corrumpitur terminus ad quem est forma in
troducenda/& nunq̄ introduceret ignis formam caliditatis in
aqua/nisi prius corrumperetur frigiditas/ quia aliter essent due
forme simpliciter cōtrarie in eodem subiecto quod est impossibile
in esse completo. Et similiter dicendum est in formis sub
stantialibus nunq̄ introducitur forma cadaueris in animali/nisi
recedat uel corrumpatur forma eius substantialis : nec lignum
conuertitur in ignem/nisi recedente forma ligni.& sic de aliis.

C Sed notandum q̄ ista cōuersio ineffabilis & miraculosa dif
fert ab aliis multipliciter. Tum primo/quia nihil conuersi ma
net sub utroq; termino. Tum secundo/quia illud in quod sub
stantia panis conuertitur in nullo augetur uel minuitur. Tum
tertio/q̄ proprie loquendo/hic nihil mutatur nisi dicatur q̄ cor
pus Christi mutatur localiter improprie uel aliquod corpus sit
de nouo/ubi prius non erat. Tū quarto/quia omnia accidentia
post transmutationem manent quod nō est sic in aliis .

C Ad septimum patet ex dictis/q̄ nihil panis manet. & ad.8.idē,
C Ad nonum dicitur/q̄ potest sic conuertere quamlibet sub
stantiam in aliam sine augmento illius .

C Vñ tenēdū est/ q̄ deus potest plus facere/quā noster intelle
ctus intelligere/ideo nullum est inconueniens q̄ intellectus nō
possit simpliciter intelligere ista/unde conceditur q̄ deus possit
totam machinam mundi sic conuertere & facere existere sub
speciebus unius musce. Sic enim potest facere duo corpora
esse simul / & potest facere deus duas medietates esse ibi ubi
modo est una medietas & adhuc in loco medietatis illius/nam
transiuit per uterum inuiolate uirginis integritate permanente
& post resurrectionem ianuis clausis intravit ad discipulos suos
non uidetur ualde incongruum tenere deū posse facere de quo
cumq; corpore quod de suo facit/unde aliqui opinātur eandem
reliquiam numero alicuius sancti esse in diuersis ecclesiis/ quia
quodlibet corpus scđm sic opinātes potest esse in diuersis locis/
& uident caput beati Ioannis baptiste/& similiter digitū & bra
chium / qui nec tot capita nec brachia habuit/& sic de reliquis
multorum sanctorum & Christi in multis ecclesiis mundi sunt
& adorātur a fidelibus/nec deus pmitteret sic suos fideles errare

quod etiam miraculose facit propter gloriam sanctorum suorum
in quo & ipse benedicitur iuxta illud / Benedictus deus in sanctis
suis & sanctus in oibus omnibus suis / & commentator tenet (licet
male) quod unus intellectus numero est in oibus hostiis quod tenedo
illam opinionem quod deus possit facere de corpore quocunq; quod
facit de suo nec esset impium istud concedere uerum hoc sicut
& quodcumque cōtentorum in isto opusculo sine assertione teme-
raria dicta sunt oīa facio sancte matris ecclesie correctioni humi-
liter mea sub mitto in oibus. Et quantū ad certitudinem credo
saluo iudicio meliori quod nulla est notitia creata ita certa de ali-
qua re presenti quin possit esse falsa & per hoc etiam patet quid
dicendum est ad alia .s. x. xi. xii. xiii.

C Ad xiii. dicitur quod sic .s. oīes & singulas operationes haberent
ille spēs seu accidentia ac si esset ibi substantia panis & uini &
possunt corrumpi & generari ex eis substantia & potest homo
ex eis ali augeri nutriti saturari & inebriari si nimium comedederet
de ostiis cōsecratis aut de uino cōsecratosi nimium biberet & hoc
etiam fit miraculose quia ex accidente non potest naturaliter & de
per se generari substantia & rursus naturaliter talis generatio &
corruption in naturalibus presupponit materiam huius trāsmutati-
ones deferentem ut patet p philosophum in primo phisicō.

C Et ad illā que est .xvi. ī ordine in qua queritur in quo pūcto di-
gestionis dī quod in ultima digestione quando spēs ille sunt conver-
te in cambium uel in glutē ut dicunt medici quod per uirtutem at-
tractivam & impulsuam mittuntur ad partes corporis animati
ad illas nutriendū seu augendum p iuxta positionem si fuerit
ossa aut musculi duri seu p transmissionē si fuerit caro porro-
sa: fit .n. cibi prima digestio ī ore alienero ī epate iuenis mesarai
cis stomati ī splene put & in instanti in quo ille spēs seu acci-
denta desinunt esse in stomacho aut desineret esse si esset purus
panis in eodem instanti desinit esse ibi corpus xp̄i quod sit illud
instans aut quando conuersus est cibus in cambium & trans-
mittit ad partes aliti uel alias petaf medicis: nec ē uera opinio
illorū qui tenent quod si mus uel brutum comedederet hostiam cō-
secratam quod illico ante transmutationem specierū desineret esse
ibi corpus xp̄i nam deterius est de heretico aut infideli sumen-
te illam quo ad deum.

C Ad .xv. illam .s. si totus xp̄s est in qualibet parte ostie di-
citur quod sic ut de alia Aristotele & commentator & de intelligentia orbis

dixerunt. Est enim aia tota in toto & tota in qualibet parte corporis / & sicut etiam in qualibet particula speculi eadem ymagō respicientis illud.

Ad .xvi. scilicet an tales ppositiōes sint cōcedende de pane fit corpus xp̄i qđ erat panis est corpus xp̄i & hm̄oi dicis q̄ oēs tales sunt distinguende eo q̄ ly de potest dicere circumstantiā cause materialis & sic sunt false quia nulla materia manet ibi uel circumstantiā termini alicuius cōversionis & sic sunt uere & est sensus / de pane fit corpus xp̄i idest substātia panis que erat sub istis accidentibus ante instans consecrationis in instanti cōsecrationis fit sub eisdem accidentibus corpus xp̄i / debēt enim summi in sensu in quo dīcūs & nō in sensu rigoroso quē habet tales propositiones & communiter habentur isti uerſus.

Constat in altari carnem de pane creari

Hic panis deus est qui negat hoc reus est

Loquitur enim methaphorice & iproprie more poetarū & obseruandum est sepe in sacra scriptura & sanctoꝝ emolumētis ubi multotiens methaphoricis utunf ut bñ insinuat beatus Thomas in prima parte summe .q.i. articulo nono & sic respōdetur ad .xvii. & .xviii. quippe & si interea ista consequētia inducatur christus incipit esse sub speciebus illis sacramentaliter siue realiter ergo xp̄s incipit esse: nō ualet cōsequentia qa añs est uerum & catholicum & cōsequens est falsum & erroneum/ quemadmodum in ista christus incepit esse homo ergo xp̄s incepit esse: ut bñ tenet Beatus Thomas & scola nřa Parisien. cū eo/ cuius sana doctrina a sc̄tā fede aposto. & approbata est / & a ueritate ineffabili & incarnata que christus est audire meruit/ bene scripsisti de me THOMA

Ad .xix. distinguitur secunda propositio iuxta predictam expositionem & sensus illate conclusionis erit ergo quod continentur sub speciebus panis q̄ est christus erit in celo posset etiā negari consequētia nam fit demonstratio de pane materiali/ & notum est q̄ post consecrationem ut creatura existens in pura potentia obedientiali sicut est qdcunq; creatum/ cedit & dat locum suo creatori accidenti. Annihilatur enim/ & nihil panis manet. posset etiam negari assumptum/ pie tñ exponendū est. nam tales propositiones ecclesia solū sanctorum intentione respiciens illas sic recipit cantatq; & predicit.

CAd .20. dī q̄ attēto q̄ corpus xp̄i licet sit ibi realiter non tam
men est ibi localiter uel circumscriptiue non est medium dispo-
situ quia denotatur q̄ dimensiones Christi aplacentur dimen-
sionibus panis/cum dicitur q̄ oculus Christi uidet manum suā
in Ostia existens per manum suam que est in Ostia. Et ad istum
sensem oculus Christi uidet manum que est in Ostia & cum nō
sit istud uerum & nō sit partis ad partem corporis ibi aliqua di-
stātia ubi quelibet pars eius est in qualibet parte Ostie sic q̄ ubi
caput ibi manus &c. sicut anima est tota in toto corpore & tota
in qualibet parte sine partium confusione ideo mota Ostia cō-
secrata non mouetur caput ad unam partem & pes ad aliam si-
cut nec anima in corpore/moto ipso corpore.

Circumscriptiue esse est p̄ nuic in alio loco eē & circumscribi a
superficie ipsius loci ut quando uinum est in amphora dimen-
siones & superficies uini aplicantur circumferentie amphore fi-
naliter quantitatue seu modo quantitatiuo & localiter esse ali-
cubi idem est pro nunc : Si uero queritur ulterius de modo illo
sacramenti/quomodo fiat istud sicut de aliis mysteriis ineffabi-
libus in isto sancto sacramento eucharistie contentis/ Aliud re-
sponsum non occurrit magis dignum q̄ illud. angeli uirginem
mariam doctissimam & sapientissimā uisitantis/ cui modum in
effabilis incarnatiōis prescrutanti & conquerenti q̄uo fiet istud
Spūs sanctus ait superueniet in te/ & uirtus altissimi obumbra-
bit tibi : subiungens quoniam non est impossibile apud deum
omne verbum. Sicq; per fidem quam recipientes a spiritu san-
cto captiuare oportet intellectum & firmiter credere deum lon-
ge maiora posse facere q̄ nos intelligere ualeamus qui respectu
illius intemperate uirginis & matris dei nos quantumcunq; do-
cti ignorantissimi sumus ipsa credidit & inclinauit mentem
suam in obsequium dei ancillam eiusdem humiliter se faci-
ens/ facta est regina celorum/ & mater dei: credidit quoq; abra-
ham & reputatū est ei ad salutem / & per fidem uicerunt sancti
operati sunt iustitiam adepti sunt re promissiones & eterne glo-
rie premium.

CAd .21. dicendum est eodem modo sicut ad .19. quia nō est
ibi debitum medium/nec dimensiones corporis Christi appli-
cantur dimensionibus accidentium seu specierum / necq; est in-
stantia unius partis xp̄i ad aliam quare non uidet se sic.

CAd .22. dicitur/q̄ illa linea non est alia lōgitudo nisi corpo-

ris Christi/tamen istud nomen longitudo corporis Christi que significat corpus Christi & cum hoc q̄ inter corpus & plantam sit distantia & ideo tota lōgitudo Christi & latitudo & profunditas est in sacramento realiter sed non est ibi localiter seu quantitatuo modo de quibus dictum est supra/sic q̄ in loco Christi sit pars Christi distans ab alia parte Christi & illa linea ibi non est uel congrata curua uel recta/quia licet sit ibi/non est tamen modo q̄titatiuo & logice loquendo/linea manet ibi/ sed non manet linea sub propria ratione longitudinis uel quantitatis q̄ est idem dictu/& per consequens non est congrata. Et sic dicendum est ad .23. quia est ibi figura/sed nō est ibi modo quantitatuo/quia non est talis distantia ut dictum est. Patet etiā ex premissis quid dicendum est ad .22. & .24. & ad .25. quia nō est ibi localiter nec circumscriptive/non enim est ibi corpus Christi habens partē extra partē sedm lōgum largū & profundū.

C Ad .26. An uideamus ibi corpus xp̄i uel nō. Dico q̄ tales positiones sunt p̄ie exponende/nec debent negari in sensu quē habent/& sensus est sub speciebus uisus & tactis est corpus Christi/& non est sensus quod illud quod imutat ibi uisum & obiectum uisus uel tactus est corpus Christi / quia fide tenemus / q̄ species uidentur/tanguntur/franguntur. Et quia uisio/fractio huiusmodi est in speciebus tātū & nō in corpore/ similiter imutatio uisus & multiplicatio specierū ac obiecti est a speciebus tantum & nō a corpore. Pro quo adduco illud decretū de consecratione di. secunda que manducans panis est & calix quod oculi renuntiant. Quod autem fides expostulat instruenda panis est corpus Christi/calix sanguis : & ideo ista dicuntur sacramenta/ quia in eis aliud uidetur & aliud intelligitur/ quod uidetur habet speciem corporalem/ quod intelligitur fructum habet spiritualem. Vbi manifeste dicit q̄ species uidentur/& corpus Christi sub speciebus/ non uidetur sed intelligitur. Sed loquendum est ut plures dum habeant sanum intellectum. Et sic intelligitur ille textus. Ego Berengarius eadem dist .2.

C Ad .27. dicitur q̄ non uidemus ibi corpus Christi/sed intelligimus nec conterescū nō sic ibi modo q̄titatiuo uel materiali.

C Ad .28. dicendum est q̄ non/quia ibi nō est localiter nec est talis distantia/ut supradictū est quare. &c.

C Ad .29. respondetur affirmatiue/ quia talis conuersio fit in idem corpus & in eundem sanguinem quem supra sic.&c. ut pa-

ret per textum. **O**mnia quecunq; eadē distin .2. & est Ambrosii Libro de sacramentis / & allegat a Magistro. dist.2.c.nono. Nō hoc corpus quod uideſ māducaturi eſtis & babituri illum ſanguinem quem eſuri ſunt qui me cruciſtent ſacramētum aliqd uobis cōmendaui quod ſpiritualiter uiuificabit uos: & Capitu- lo Iā / & eſt August.loquens ad Iudeos.Iam ſecuri bibite ſanguinem quem effudifitſ quia corpus inuifibile ſacerdos inuifibili- ter: inuifibiles creatures: in ſubſtātia corporis & ſanguinis ſuī ūerbo ſuo ſecreto poteftatam conuertit. Nam licet ſubſtantia panis & uini uideatur nihil aliud tamē q̄ corpus xp̄i & ſanguis ex confeſeratione credenida ſunt & ut mirabiliter loquar non alia caro plane q̄ que nata eſt de uirgine & infa in.ſi.capi, illud uere. Illud ſane quod aſſumptum eſt de uirgine qđ paſſum eſt & ſepultum quod etiā ſurrexit & in celum aſcendit ſedet ad dexteram dei patris & qui uenturus eſt iudicare uiuos & mor- tuos. Ac ca, non moyleſ eadem .di. & eſt Hieronymi ipſe con- uiua & conuiuum ipſe comedens & comeditur de hac oſtia que in xp̄i cōmemoratione fit mirabiliter edere licet cap. miſ- fa quia illa erat paſſibilis & modo quantitatuo. Et q̄uis illa ſit in ſacramento non ſic tamen in eo ut dictū eſt. Nec eſt ibi quā- tum modo quantitatuo &c. Quare nō dēnſum nec diuīum nec molle &c. Et ideo licet ſit ibi ita magnū ſicut i celo non tñ mo- do quantitatuo: & ſic repondeſ ad.30. &.31. &.32.

Ad.33. r̄ndetnr etiam affirmatiue quod ſic q̄ ſeipſum ciba- uerit & ſunt ueri illi uerſus.

Rex ſedet in cena turba cene duodenā.

Se tenet in manibus ſe cibat ipſe cibus.

An uirgo Maria fuerit in cena illa & ſumperit corpus xp̄i qđ cōceperat & peperat & prius in carne adorauit: aliqui pie te- nent q̄ ſic ut filium ſuum quem in carne prius uenerata eſt in illa ultimā cena in tanto ſacramento quoq; adoraret prima.

Ad.34. dedit enim illud corpus paſſibile diſcipulis ſuīs & non glorificatum quia nondum paſſus nec mortuus nec reſur- rexerat a mortuis / & per conſequens dedit eis & mortale & paſſibile corpus/ ſed modo ineffabili.

Ad.35. dicendū q̄ ſacerdos conficit nobilius corpus nūc q̄a nobilius eſte glorificatū q̄ paſſibile & mortale. Q̄m ſcdm Apost.xp̄s reſurgēs ex mortuis iam nō moritur moſ illi ultra non dñabitur: uerum ſi nobilitas attendatur ex parte confeſſā.

Sic & modi consecrandi tunc quia nobilis est esse xp̄i q̄ quod
cunq̄ creatū notū est q̄ nō: Illud tñ idē corpus qd xp̄s cōsecra
uit cōsecrāt & cōficiūt oēs sacerdotes obseruantes ritū ecclesie.
C Ad .xxxvi. dicitur q̄ sic q̄ illud corpus fuit intra se qd as-
sumpsit & extra se qd erat affirmans quia se tenet in manibus
& se cibat ipse solus sicut idem corpus quod modo est in celo
est in diuersis altarib⁹ & illis simul.

C Ad .xxxvii. dicitur q̄ sacerdos consecrās illud idem corpus
quod erat in sepulchro uerum & uiuum tamen qd celebrasset
tunc apostoli mortuum seu inanimatū uel separatum ab anima
Et per hoc pater responsio ad .xxxviii.

C Ad .xxxviii. dicit q̄ si aia hoc dixisset uerū dixisset ad hunc
sensum qd illud erat corpus quod dimisit & quod reassumtura
erat in hora resurrectionis est una conditionalis uera licet con-
sequens (si significaret actualē informationē) sit falsū quia stat
bene conditionalem prepositionē esse ueram & necessariam &
tamen quelibet pars eius est impossibilis ut si homo esset rudi-
bilis homo esset asinus & sic etiam conceditur ista si deus uel
let peccare peccaret licet aīs sit impossibile siue prima ppositio
Sed aduerte q̄ xp̄s nō potuit nec potest dicere falsum nec fal-
lere nec minus falli.

C Ad .xli. illud de carne & de caseo &c. dicitur q̄ non conse-
crasset quia nō esset ibi debita materia. Et dicitur q̄ fuisset pas-
sum idem corpus numero in mille ostiis tunc sicut modo glo-
rificatum in illis conseruatis tūc esset passus & crucifixus in illis
non tamen sequitur ergo in mille locis quia corpus christi nō
fuisset localiter neq̄ circūscriptum in illis sicut nec nūc est ut di-
ximus superius sic respondet ad .41.

C Ad .xlii. dicitur q̄ xp̄s recessisset ab illis ostiis in hora illa
qua amisit sp̄ritum seu fuisset separata anima a corpore. Hic tñ
aduerte q̄ illud corpus deus nūq̄ dimisisset sicut nec dimisit idē
quod erat in sepulchro quia quod semel assumpsit nūq̄ dimisit.

C Ad .xlili. dicitur q̄ casus est impossibilis maxime stante le-
ge q̄ esset aia in corpore uiuo & eodem uno animato altero in
animato quia tuuc idem esset uiuum & mortuū uerum si deus
hoc permisisset tunc corpus in sepulchro uiuuū fuisset repugna-
ret tamen illi articulo fidei Tertia die resurexit qui antea resur-
gesisset per casum & pro maiori intellectu predictorū & corobo-
racione intellectus ne uacillari possit sed credendo magis.

ac magis creatura humana de opibus creatoris ad quorū noti-
tiā per creaturarum effectus peruenit secundum Apostolū ad-
miretur. Est notandum q̄ non sequit̄ nec ualet ista cōsequentia
homo non pōt declarare sufficienter hec altissima & ineffabilia
fidei & hīmōi sacramēti mysteria quomodo sub speciebus panis
& uini existat sicut realiter & sacramentaliter de facto cōtinetur
corpus xp̄i ergo non pōt sic esse in re. Nam ex quo indubitā-
ter credimus deum plus posse facere & eminētius operari q̄ nos
possimus ex naturalibus inuestigare scdm August. in Episto-
la ad Volutianum inquit deum aliquid posse (qd̄ nos fatea-
mur) inuestigare non posse in rebus talibus tota ratio facti est
omnipotētia facientis q̄ pro maxima sepe in scolis n̄ris Par-
isiē. sumitur cuius causam & modum nō potentes inuestigare
q̄ etiā ī gloriosissima virgine m̄re sua uoluit deus diuine incar-
nationis mysteriū nō aliter demonstratum. Captiuemus iḡe
in his que fidei sunt intellectum n̄m dignū est qui etiā de na-
turis rerum nisi debiliter aliquid demonstrando nō pōt appre-
hendere. Et ideo inuestigare desinimus rerū naturas & in eō se
operationib⁹ admiramur ut dicit beatus August. & Grego.
Quare m̄sterium fidei iuxta sententiam Magri in. 4. d̄ stinci-
one. 3. capitulo. 5. credi salubriter potest licet inuestigare pfec-
te non possit. Est autem potentia n̄ra intellectua finita potentia
diuina uero infinita & a nullo intellectu creato etiā xp̄i simpli-
citer est cōprehensibilis / qm̄ finiti ad infinitū nulla ē p̄portio
CQuantū ad trāsubstantiationē seu hanc ineffabilē cōuersi-
onem unius substantie in aliam non magis r̄ pugnare rationi
uideſ q̄ multe transmutationes quas non solū uulgas sed phi-
losophi crediderunt hoc attestante August. in li. 18. de Ci-
uitate dei .c. 17. adducente auctoritatem Varonis quē fidelissi-
mum & doctissimū historiographum quidam reputabāt uer-
ba sunt hec August. hoc Varro astruat cōmemorat alia non
minus incredibilia de maga illa famosissima Circe que socios
quoq; Vlixis mutauit in bestias & de Archadibus qui sorte du-
cti trānstatabant quoddam stagnum atq; ibi conuertebantur in
Lupos & consimilibus feris per illius regionis deserta uiue-
bāt si uero carne non uescerentur humana rursus post Nouem
Annos eodem regnato stagno reformabantur in hoies deniq;
etiam noiatim exp̄ssi quēdam demenetur gustantē de sacrifi-
cio qd̄ Archades immolato puero deo suo liceo facere solent

in Lupum fuisse mutatum ad pigillatū sese exercuisse & olim
piaco uicisse certamine & reliqua. Et de sociis Vlixis in feras
mutatis per illam circem refert etiam sanctus Seuerinus .4. de
cōsolatione quem circē cōmemorat etiam quidā Poeta dices.
Hec sunt illa quibus Circe fallebat amantes. Hec sunt que nau-
tis filtra calipsa dabat ex irrefragabilis : Canon atq; sacra scrip-
tura narrat de uxore Loth conuersa in statuā salis & de vir-
ga Moysi conuersa in serpentem & econtra Et de plumbō na-
rante super aquas & alia multa que uidentur nature multū re-
pugnare & tñ sic fuerunt defacto & in isto ineffadili mysterio
sacramenti infinita ferme miracula ostensa sunt ex quibus solū
que uidimus que mortalibus signa adhuc apparent apud uale-
tiā i oppido de luchēt mauris & Machumeteis aggrediētibus
& inuidentibus ibidem christianos propter nimia paucitatem
& debilitatem ipsoꝝ non ualentibus manus eōꝝ aut mortem
euadere cum parati ad morteni missam audirent facta consecra-
tione sacramenti sacerdote non potente missam finire mauris
celeriter occurrēt. sub herba inter corporalia. Quinq; formas
consecratis que pro quinq; militibus ad cōmunicandum erāt
latitare uix potuerunt propter quod supueniente diuino auxi-
lio super xp̄i milites miraculoſe mauros & inuaserūt & penitus
superarunt & redeuntes ad locum sacramenti cum magna ue-
neratione ueras in sanguinem inter corporalia formas predi-
cas conspiciēt sup orbamat mulā & fortē illas apposuerūt ut
quo iret & in loco ubi quiesceret ecclesiam fabricarent & deue-
nit post multa dietas ad Ciuitatē derosseñ in Regno Arago-
nie ac intrans ecclesiam maiorem crepuit medio ubi annuatim
dicta corporalia cū illis signis. Quinq; sanguineis multis fide-
libus cōfluentibus ex uillis & prouinciis solemniter ostendūt
In monte quoq; illo de Luchent ppter ea Cōuentus nři ordi-
nis cōstructus est ut uidēt sepe luminarie ibidē etiā mauris qui
subiecti xp̄anis in oppido illo cōmorant. Vidimus et bolū
carnis illerde in quē fuit : Ostia consecrata conuersa quodam
dubitāte summēdo illam. Vidimus Parisius ostiā sanguinolen-
tam & transfixam gladio quam Iudei in obprobrium fidei fece-
rint sanguine defluente a domo quasi torrens. Christiani eos
inuaserunt & eiecerunt propter qđ ad presentē diem usq; in Frā-
cia Iudei minime habitare possunt. Multa alia obmisi breui-
tatis causa. Vnde ponimus finaliter hāc uerissimā conclusionē.

CONCLUSIO NOTABILIS

Termius fidei & huius ineffabilis sacramenti mysteriis quilibet fidelis credere tenet, q̄ quibusvis aliis ueritatis q̄tum cunq̄ euidentibus humanitus seu naturaliter inuentis.

Pro cuius conclusionis decisione clara, presuppono quod rerū omnium cognitiones sunt quinq̄. Prima est unica & infinita q̄ deus est. Secunda est euidentissima rerum oīum exēplaris que reperitur in cōprehensorib⁹ & beatis. Tertia est ineuidens & enigmatica de qua Apostolus, nunc enim in enigmate, tunc aut̄ facie ad faciē deum uidebimus & hec tertia īnititur prime cognitioni que deus est. Quarta est intuitua & sincera, rerum in seip̄is uel in earum proprio genere, qualē habent intelligētie separate nō impedit corpore nec penis sensibili⁹ seu fantasmatibus. Quinta est intuitua rerum in seip̄is & in proprio genere sed mediante sensu & fantasmate p̄ effectum & actū & ista est oīum īperfectissima p̄ quā nec res īmediate in seip̄is cognoscuntur nisi quando sunt in aīa & que prius obiciuntur & representantur sensibus & in utroq̄ sunt illusiones & fallacie & false apparentie, in tantū qđ nescimus proprie quid sit actus ille existēs in aīa nec eius habitus & ideo bītis August. dicit. 83. q. 9. ueritatis īquit certa cognitio per corporis sensus haberi nō pot & ratio hīmōi est quia aī de se est mutabilis īerrores a ueritate ī falsitatem & per similitudinem sincera ueritas nūsc̄ habetur tūc sic arguit nulla ueritas que īnitif īeff. fallibili & īeffabili uenitati (que deus est) & eius regulis eternis ē fallibilis sed ueritas fidei & theologie uiatorē īnititur hīmōi ueris regulis & ueritati ergo ip̄a fides & theologia est ineffabilis & certissima cōsequētia est bona, maior de se manifesta. Minor s. q̄ fides sit hīmōi multipliciter patet. Tū primo qua fidei non pot subesse falsum ut beatus Thomas in .2. sede. q.1. ar.3. quia nulla uirtus perficiens intellectum trahit ad falsum uel innititur falso q̄ malum, sed fides est uirtus perficiens intellectum ergo fidei nō potest subesse falsum prima p̄positio est philosophi Sexto Ethicō. Scđo probat nihil subest alicui potentie uel habitui etiā actui in se nisi mediāte ratiōe formalis obiecti sicut color uidenti non potest nisi per lumen, & lumē sciri non pot, ratio formalis obiecti fidei est ueritas prima sicut insinuat p̄fatus Doctor in multis locis nihil potest cadere sub fide nisi in quantum stat sub ueritate prima sub qua aliquid falsum stare posse est īpossibile

sicut numerus sub ente nec malum sub bonitate. Vnde reliqui
tur q̄ fidei non potest subesse falsum ipsa enim expellit nebulas
fantasmatum & sensuum materialium quibus immersa est anima infor-
mando illud & quia nihil est in intellectu nisi prius fuerit in sen-
su secundum philos. si uis percipere qualiter intellectus materia-
lia & spiritualia cognoscat uide figuram singularem quam nu-
perime editam impressam uoluimus etiam quia reuelata sunt
mysteria fidei per ip̄m deum ipsis sanctis p̄ibus prophetis et
Apostolis & qui fuerunt nō uiri mendaces sed uerates & illu-
strati sp̄us sancto solum loquebantur magnalia dei. Et isti pro at-
testatione & defensione huius ueritatis mortui sunt & libentil-
sime corpus & animam exposuerunt qđ maius facere non poterat
Quia maiorem caritatē nemo habet nec habere potest. Et pro-
pter h̄mōi attestacionē tanto & sancto & receptum est registrum
& processus Biblie ab ecclesia recta a sp̄us sancto tanq̄ ex oī sui
parte uerus infallibilis & catholicus & ipsa ecclesia catholicā
est tante auctoritatis ut euangelio nō credidisset beatus Augu-
nisi ab ecclesia esset compulsus ut superius dictū est. Tum etiā
quia materia talis processus est pro salute nři a nō cōtra naturā sed
ualde rationabilis & decorās ipsam animam intellectiuam
quia aliter beatificari non potest.

CEt hanc ueritatē diuturnitas temporū s. Mille & ultra.cccc
anno in quibus semper cum magna multitudine sanctorum
martyrum confessorum atq; uirginū effluētissimāq; copia miraculo-
rum uigente semp̄ integra mansit & floruit atq; inuolata p̄ma-
sit & ad finem usq; oīum seculorum permāsura sp̄us sancto ip̄am
assidue defendēte & gubernāte. Vnde fidei huius sacramenti
Eucharistie sicut rec̄ aliorū que ipsius sunt impossibile ē subesse
falsum qđ non est sic in ueritatibus humanitatis iuentis propter
qđ ut p̄bat beatus Thomas in prima parte .q.1. art.1. preter phisi-
cas disciplinas pro salute hominū inuenire diuinitus inspiratam
& reuelatam Theologiam necesse fuit quia p̄ ipsas solum ad ui-
te eterne portum nunquam peruenisset homo eiusdemq;
ueritatibus & fidei catholice articulis firmius q̄ aliis ueritatibus
phisičis & humanitus comperitis qualibet catholicus assentire
debet quia nebulae fantasmatum p̄ lumen fidei penitus expellunt
Nam notitia quinto modo dicta sit mediante sensu i ip̄o enim
multe contingunt illusiones & deceptions & cognitio que
fidei est tanto perfectius & certius illa mouet quāto perfectius

gradu participat de illustratione diuina/ sed in quolibet uero
cōplexo siue incōplexo & in qualibet suasione & argumētatio
ne ubiq̄ diuina ueritas ubiq̄ infallibilis certitudo habet absq̄
falsitatis aut illusionis admixtione q̄ sic non est de cognitione
quinto modo dicta q̄ habet mediāte lumine naturali ergo &c.
Ex quo sequitur q̄ fidelis quādiu fidelis est cicius se ex pone
ret morti pro ista ueritate. Christus realiter contineſ sub spēbus
panis in isto sacramento & pro qualibet alia ueritate fidei quā
pro ista. Omne totū est maius sua parte & sibi similibus. Que
licet habeant euidentiam non tamē attingunt tātam ineffectu
certitudinem & gradus hmoi certitudinis seu firme adhesiōis.
Quippe q̄ secum cōpatiantur aliquem gradum dubietatis tā
ta uidetur esse repugnantia quāta q̄ aliquis sit cecus & uidens.
Et ut pro nunc hominem dubium in fide/ uoco cecum & lumi
ne super naturali penitus desertum. Postremum est ut omne ar
guimentum factum contra fidē necessario in materia aut in for
ma peccat & tanq̄ sophisticum eiciendū est. Et rursus opinio
Arist. & aliquorum antiquoꝝ philosophorū que fidei contra
riatur aut uere Theologie repugnat sicut de eternitate mūdi fal
fissima est & erronea/ ac per consequens philosophie naturali
(que uerorum scientia est)notabiliter repugnās. Que oīa & sin
gula dicta sint & scripta in laudē dñi nr̄i Iesu xp̄i & in effabilis
Sacramēti Eucharistie (in quo ipsum realiter sub illis speciebus
contineri firmissime quilit et catholicus tenet & credit) dicta
sint & scripta sub .S.S. emenda & castigatione benigna

Finis quotlibetōꝝ Magistri Cypriani Beneti
Christo Iesu Benedicto sit Laus & gloria
sempiterna Amen.

Impressum Rome in uico Pelegrini per acuratissimum
bibliopolam Iacobum de Mazocchis Die Decima
Octobris Salutis Anno Millesimo Duodecimo
& Quingentesimo.

Pont. , S. ,D. ,N. Iulii Pape .i. Anno Nono.

CVM PRIVILEGIO,

Sacrum habet .S. T. Pater Beatissime & Pont. Max. Sacrum
inquam & admirabilē modum facili libello apertū. Quo om
nium conditor sacerdotis ministerio/ eternum numen / & sub
cibo leuissimo suis fidelibus celeste & angelicum tribuit alimē
tū. Qui dum per egregiū virum .F. de Cazinigis alias Accur-
sio probitatis morū & oīum scientiarum amatorem .E. S. T.
Reuerenter porrigitur illum supplico benigne sumere dignet
his enim litterarum Apostolicarū Scriptor/ tue eximie potesta
tis & celsitudinis splendor/ per scripta & uaria doctorum ope
ra uniuerso mundo eterno cum cōmemoratu/ magis ac magis
luceat/ ingenue cupit & optat. Quare nostris de cōcilio & supre
ma potestate tua opusculis & alias/ quoatupstes sumus. T. S.
protegente: illā (solo ueritatis intuitu) indefinenter/ referare
satagimus. Et ualeat .S.T. ea semper ualitudine quam queat
cxoptare felicius.



R: 20185